176

Sigism: I. Rex Polon: Cltnis Prussiæ:

Grato animo accepimus, cum Nos pro publica defensione contributione decimæ Marcæ à censibus Vris relevare decreveritis; ut rebus benè compositis, commodius ad vos venire possimus, et terram istam in pace firmemus, et res ejus omnes in bona ordinatione constituamus, et à terroribus istis, quibus terremini Vos liberemus. Hortamur Vos: velitis, ubi constitutum est, hanc ipsam Contributionem conferre; quo ex illa et Nobis, et Vobis, et Rpblicæ utilitas proveniat, et benevolentia Nrá erga Vos cumulatior reddatur. Reliquos etiam in suo Palatinatu ad Contributionem cogat. — 14. Augusti 1510.